

ne ejusdem formalitatis convenit, quam id quod ei convenit ratione alius formalitatis, cum qua identificatur, ut v.g. magis convenit intellectui esse principium intellectiois, quod sibi convenit ratione suae formalitatis, quam esse principium volentis, quod ei convenit ratione voluntatis, quae est formalitas cum ipso intellectu identificata realiter; item magis convenit animali identificato cum rationali esse principium sentiendi, quod convenit ratione ejusdem formalitatis animalis, quam esse principium rationandi, quod illi convenit non ratione formalitatis animalis, sed ratione formalitatis rationalis, quae identificatur cum formalitate animalis.

102. Praevigilavit Ovidius. hanc solutionem, & ait hanc doctrinam non fuisse, & esse causam nostrae deceptionis, nam in re physice eadem ante operationem intellectus non est haec, & illa formalitas, quae has tantum intellectus acies partitur in obiecto physice, & realiter importabili, & omnino simplici, ergo ante operationem intellectus non potest aliquid alicui entitati convenire ratione unius formalitatis, & non ratione alterius cum ea identificata, cum ante operationem intellectus non sit una formalitas, & altera, sed simplex quadam, & indivisibilis entitas, ratione cujus conveniunt omnia, quae entitati conveniunt intrinsece per seipsum. Resp. potius in hoc puncto Adversarios decipi, quia res creatae non sunt adeo simplices entitates, ut ipsi opponant, metaphysice loquendo, nam in rerum essentia variae sunt formalitates a parte rei imbibite, quae sunt varii gradus essentiae ejusdem rei, qui nec propriam possident entitatem, nec physicam causalitatem terminare possunt, sed omnes, & singuli existunt existentia illius essentiae, quam constituunt, & cuius sunt gradus essentiae, & ad eius productionem consequi intelliguntur sequela quadam, sive emanatione metaphysica, ut ex inscripto declaratum est disp. 6. qu. 1. art. 1. & disp. 8. qu. 6. a. 3. & hoc praesertim necessarium est ad salvandam realitatem compositionis metaphysicae, & in proposito ante operationem intellectus reperitur in Petro natura, & differentia individualis, quae sunt quidem una simplex res, ac entitas physica, sed sunt plures realitates metaphysicae, quarum una suapetentia communicabilis est, alia vero esse communicabilis, ex quo fit, nullam esse contradictionem in his terminis, ut aiebat arguens, natura ante operationem intellectus non est singularis ex se, sed ratione differentiae, cum qua identificatur.

Sexto Suarez disp. 6. Met. sec. 4. fuse impugnatur hanc naturae communitatem, & aptitudinem ad essendum in multis, a parte rei, ejus tamen rationes coincidunt cum argumentis Cajet. & aliorum, & omnes possunt ad hanc reduci, vel enim haec indifferentia naturae convenit illi in statu existentiae, cum nimirum est producta cum consequi intelliguntur sequela quadam, sive emanatione metaphysica, ut ex inscripto declaratum est disp. 6. qu. 1. art. 1. & disp. 8. qu. 6. a. 3. & hoc praesertim necessarium est ad salvandam realitatem compositionis metaphysicae, & in proposito ante operationem intellectus reperitur in Petro natura, & differentia individualis, quae sunt quidem una simplex res, ac entitas physica, sed sunt plures realitates metaphysicae, quarum una suapetentia communicabilis est, alia vero esse communicabilis, ex quo fit, nullam esse contradictionem in his terminis, ut aiebat arguens, natura ante operationem intellectus non est singularis ex se, sed ratione differentiae, cum qua identificatur.

103. Resp. indifferentiam negativam convenire naturae tam in statu possibilitatis, quam actualis existentiae, cum enim oritur ex sua essentia, & hanc quoque retinet in statu existentiae consequens est, ut etiam retineat suam proprietatem, & solum hoc videtur intervenire discrimen in his status, quod sub statu possibilitatis respicere videtur unam singularitatem reae, id est non magis hanc, quam illam, at in statu existentiae respicit unam signatam, quia tamen in neutro statu nullam includit in sua ratione formali, id est in utroque statu dicitur in hoc sensu remanere indifferens; negatur ergo ad argumentum in forma naturam non retinere suam indifferentiam negativam etiam in statu existentiae, & ad primum impugnationem dico naturam in statu existentiae fieri individuum solum extrinsece, & per accidens ex adventu differentiae, quam non includit in sua ratione formali, & ideo adhuc intrinsece remanere aliis communicabilem. Ad 2. iam saepe dictum est, quod cum indifferentia naturae ad singularitatem non sit physica, & obiectiva, sed metaphysi-

ca, & obiectiva, non debet explicari per possibilitatem separationis ab ea; sed per exclusionem ejus a sua ratione formali; ob quam remanet intrinsece indifferens etiam sub actuali haecitate. Ad 3. dicitur, ut ibi, non contradicere, quod natura sit extrinsece determinata per differentiam, & cum hoc retineat adhuc suam intrinsecam communitatem, quia ut saepe dictum est, haec determinatio non tollit a singularitate; quia singularitas non potest tollere, nisi conceptum, cui opponitur, quia hoc fit per formalem repugnantiam, sed determinatio per singularitatem non opponitur indeterminationi per principia essentialia, quia oppositio est ejusdem, & secundum idem, haec autem non sunt secundum idem, esse determinatum per singularitatem, & esse indeterminatem per principia essentialia. Nec suffragatur, quod ait Suarez, ex hoc colligi solum naturam non habere determinationem sine differentia in individuo, non autem, quod adhuc indifferentiam retinet, postquam illam habet; & ex hoc solum dici posse, quod si non habet illam contradictionem, esset indifferens, non autem quod adhuc maneat indifferens. Non, inquam, hoc juvat, quia cum singularitas non opponitur indeterminationi per principia essentialia, ut aiebam, non cum aiebat, & ideo natura talem indeterminationem adhuc retinet cum determinatione ad singularitatem; alioquin pariter dicendum esset idem de futuro contingenti, quod cum determinatum sit a divina voluntate ad alteram partem, non amplius retineat suam intrinsecam indifferentiam ad utrumlibet, sed ad summum dicit posse, quod si non habere illam determinationem, esset indifferens, quod tamen concedendum non est, quia tunc futura verum non haberet contingentiam, quae propria consistit in illa indifferentia ad utrumlibet, nec tollitur per determinationem extrinsecam, sive voluntatis ad alteram partem, quia ut aiebat, determinatio de inesse fiat cum indeterminatione de possibili ob intrinsecam indifferentiam futuri contingenti, quae quidem doctrina ab omnibus Theologis passim recipitur in omni schola, & proposito nostro mirabiliter intervi- dit ostendendum non repugnat haec duo, quod natura v.g. humanitas Petri sit determinata per Petreitatem extrinsece, & adhuc possit quantum est de se esse in aliis ob suam indifferentiam intrinsecam, quia etiam hic fuit modo determinatio de inesse fiat cum indeterminatione de possibili.

Et quidem Suarez ipse ibidem disputat. 6. sect. 4. numer. 10. totum hoc aperit concedit, ubi ait quod accipiendo indifferentiam negativam, concedi potest naturam etiam a parte rei esse indifferenter, quatenus natura ex vi unitatis suae formalis praesertim sumpta non habet repugnantiam, ut fit in multis, nam talis repugnantia sic explicata fundatur in unitate formalis naturae, quae ex se individua non est, & hoc modo dicit potest natura etiam in re existens habere hanc non repugnantiam, quia etiam in re ipsa non est incommunicabilis ex vi unitatis formalis suae, sed ex vi unitatis individualis, quamquam enim tota natura, & unitas formalis, quae est in individuo, incommunicabilis sit, eique repugnet esse in multis, nihilominus id non habet ex vi unitatis formalis naturae, sed ex individuatione, ita Suarez citat, quibus verbis volens nolens se subscribit Scoticae sententiae de indifferentia naturae, talem enim indifferentiam duntaxat intendit Scotus astrictere in natura a parte rei, quam praefato discursu approbat Suarez, & non majorem.

104. Septimo, obicit Morian. disputat. 1. Logica quaest. 7. artic. 2. natura secundum se existit a parte rei, & non tantum ejus haecitate, quicquid ista sit, ergo natura etiam secundum se habet certam, & determinatam entitatem: sed talis entitas seipsa includit negatione divisionis in plures, qualis ipsa est, ergo, & intrinsece seipsa nullo superaddito habet singularitatem, ac incommunicabilem unitatem, neque indiget modo aliquo extrinseco; minor subtilitas probatur, quia hoc ipso quod natura secundum se existit, & est determinata entitas, non potest dividi a seipsa, ergo non potest dividi in plures, quae tales sint, qualis ipsa est, alioquin esset simul una, & plures entitates, quod repugnat.

Resp. utique naturam a parte rei existere, non tamen existentiam, quae sit ei propria, sed per existentiam individui, quod ex ipso, & haecitate constituitur; & cum dicitur secundum se habere certam, & determinatam entitatem, si loquitur de determinatione ad singularitatem nego, si de determinatione quoad certum gradum entitatis, utcumque concedo, & in eodem sensu concedo minorem subtilitatem, quia sicut in toto ordine obtinet quendam gradum entitatis, genericum, vel specificum, ita quoque obtinet unitatem formalem sibi proportionatam, quae est semper minor unitate numerata; sed cum inferatur, ergo secundum se incommunicabilis est, diluendo, prout excludit communicabilitatem positivam, concedo, quia talem habet ab intellectu, prout excludit negativam, nego, & ratio negationis est, quia ad hoc, ut aliqua entitas dicatur communis solum negative, non requiritur, quod sit divisibilis in plures, qualis ipsa est, hoc enim solum exigitur ad communicabilitatem positivam, seu universalem, sed sufficit illi entitas sit talis, quam dicitur non magis petat haec singularitate terminari, quam alia, cum quae sit contrahibilis ab omnibus disjunctim, hoc enim sufficit, ut talis entitas non sit de haec, & singularis, quia talis indifferentia, & indeterminatione directae singularitatis repugnat, quae ita de se determinata est ad hoc individuum constitutum, ad aliud omnino neque constituitur etiam disjunctim. Dices, talis communitas, qualem nos tribuimus naturae a parte rei, non excludit ab ea intrinsecam singularitatem, natura enim divina etiam est hoc modo communis

communicatur namque pluribus substantiis, a quibus terminatur, & tamen est intrinsece singularis, ergo si natura creata non est a parte rei alio modo communis, ita scilicet quod sit divisibilis in plures, qualis ipsa est, non bene ex hoc concluditur, quod non sit intrinsece singularis. Accedit, quod singulare illud est, quod est indivisibile in plura, quale ipsum est, ergo commune, quod opponitur singulari, tale esse debet, quod sit indivisibile in plura eodem modo, si ergo natura non est hoc modo communis, non evitatur, quod sit singularis.

105. Resp. negando assumptum, & ejus probationem, natura enim creata potest esse, & contrahibilis per singularitatem, ac propterea per eam extrinsece singularizatur, & incommunicabilis redditur, ut quod; at natura divina nullo modo contrahitur, & adhaerit per personalitatem, unde arguimus ipsam esse se habere ultimam unitatem, & actualitatem, ut Doct. notat. d. 2. q. 2. I. Ad Conf. dico, quod singulare illud est, quod excludit omnimodam communitatem, & indifferentiam, tam positivam, quam negativam, quare non solum est indivisibile in plura, quale ipsum est, quo sensu excludit communitatem positivam, sed etiam est indivisibile, id est incontractibile, quatenus non est indifferens, ut possit esse aliud numero, vel aliud numero consistere, quo sensu excludit communitatem etiam negativam, quae est proprietatis naturae a parte rei, & ideo negatur ultima consequentia, & saltem in creatis hoc verum est, quod singularitas ab eo, cui convenit intrinsece excludit omnimodam communicabilitatem, ac indifferentiam, ut bene notat Tromb. 7. Met. q. 8. art. 1. not. 1. ubi ait singulare esse illud, quod est incommunicabile pluribus, & indivisibile in illa, & maxime ait, hoc esse verum in creatis, ratio enim communis individui tamen creati, quam increati est, quod sit impracticabile, & indivisibile in plura; ratio enim incommunicabilitatis competit tantum individuo creati, ex quo sequitur, quod individuum creatum, & est incommunicabile, & indivisibile in plura, & quia tale individuum est incommunicabile, oportet, ut constitutur in tali esse per aliquam realitatem incommunicabilem, & simpliciter indivisibilem, quam nos appellamus haecitatem. Dices, eadem numero materia est hoc modo indifferens, & communis ad plures formas disjunctim; ergo talis communitas, & indifferentia non excludit ab eo, quod est sic commune, singularitatem. Resp. negando pariter, alia enim est indifferentia naturae, alia materiae; indifferentia enim materiae est ad hanc, & illam formam, non vero ad hanc, & illam singularitatem, quia jam supponitur singularis, antequam hanc, vel illam formam recipiat, sed indifferentia naturae est ad hanc, & illam singularitatem, & implicat autem aliquid esse indifferens ad id, quod sibi convenit intrinsece, & essentialiter, & ideo haec indifferentia excludit singularitatem a conceptu eius, quod fit dicitur indifferens; & singularitas adveniens non destruit eam, sed tantum impedit, & eam extrinsece determinat.

106. Dices rursus, natura de se nec est universalis, nec singularis, sed utrumque sibi ab extrinseco obvenit, universalitas per intellectum, singularitas per differentiam individuum, sed si a parte rei esset singularis de se, inquit Scotus, quod non posset heri universalis per intellectum, quia conciperet illam modo sibi repugnanti ex natura rei, ergo pariter, si est a parte rei secundum se communis, eadem ratione nec etiam extrinsece poterit reddi singularis, & incommunicabilis per differentiam additam. Negatur pariter, bene enim sequitur, si natura a parte rei singularis est, non potest concipi, ut universalis, nisi concipiatur modo repugnanti sibi ex natura rei, at non sequitur, quod si ex natura rei per se communis est, non possit etiam per accidens heri singularis, sicut materia de se indifferens est ad omnes formas, tamen per accidens potest ad hanc, vel illam determinari; & ne utatur exemplo lapsae, quod secum aiebat aliquam disparitatem, aiebat potest exemplum de futuro contingenti, quod intrinsece, & per se est ad utrumlibet indifferens, aliquid huiusmodi tamen talis differentia potest extrinsece ad aliam partem determinari, quia determinatio de inesse fiat cum indeterminatione de possibili; aliud argumentum urget Morian. cit. deducit ex variis absurdis quae ad nostram sequuntur sententiam; verum in eo argumento plura falsa supponit, & praeterit dico, primum est quod natura, & haecitate apud nos distinguuntur, adeo quod separari possunt; alterum est, quod natura sit communis pluribus per existentiam, & non per indifferentiam, falsitas prius didi constat ex iam dictis, falsitas secundum mox patebit ex dicendis seq. qu.

Q U A E S T I O V.

An natura sit communis a parte rei per existentiam, num potius per solum indifferentiam.

107. Tribuente naturae aliquam communitatem a parte rei in individuo, non satis conveniunt in explicanda tali communitate, nam ut referunt Tromber. 7. Met. qu. 8. art. 1. in fine, & Tatar. q. 1. predicab. duob. 3. Canonice, 3. Phys. q. 6. & Aureol. 2. d. 9. q. 1. ar. 2. ubi alii ponunt naturas creatas esse communes individuis per existentiam, itaque una, & eadem humanitas v.g. reperitur in omnibus, & singularis hominibus simul, & semel, nec humanitas unus differat ab humanitate alterius, nisi extrinsece, & ratione differentiarum ad juncturam. Ne autem per hanc dicendi modum videatur concedere in naturalibus id, quod tantum e-

venit in mysterio ineffabili Trinitatis, ubi una & eadem numero natura reperitur in tribus, addunt, quod cum ajunt unam communem esse naturam in singularibus, id plane intelligendum non esse de unitate numerica, quasi una, & eadem numero natura fit in omnibus, & singulari, quia hoc est proprium duntaxat mysterii Trinitatis, sed debet intelligi de unitate illa propria naturarum, quae importat indivisionem per propria essentialia, unde & dicitur unitas formalis, & essentialis, quia ratione dicitur etiam unitas minor numerali in hoc itaque sensu dicant unam, & eandem naturam esse suis inferioribus communem per existentiam, & hanc sententiam sequuntur Scotilorum plures, & quidem non inferioris notae. Bonet. lib. 1. suae Met. cap. 2. Canon. 1. Phys. q. 6. sic etiam loqui videntur Meurisleb. 2. Met. cap. 3. n. 4. Faber in Philofoph. theor. 93. & 4. Met. disp. 9. & fuse defendit Pasqualig. tom. 2. Met. disp. 15.

108. Alii vero Scotiae passim admittunt naturas communes, non per existentiam, sed per solum, & puram indifferentiam illarum ad essendum in pluribus disjunctim modo jam explicato in praec. q. itaque re vera multipliciter natura communis individuis, adeo ut veritate dici possit, quod alia fit humanitas in Petro, & alia in Paulo, licet talis aliter nequeat cogitari per modum realis distinctionis inter illas, nisi propterea cogitantur conjunctae cum haecitate suis; adhuc tamen unaqueque illarum naturarum dicatur communis quia quantumvis sit extrinsece determinata per differentiam ad hoc vel illud individuum, intrinsece tamen semper manet indifferens, ut fit in hoc vel illo, nam sicut modo constituitur unum, ita pariter quantum est de se poterat constitutere aliud, si illi generante communicata fuisset, & in hoc sensu appellatur natura communis per indifferentiam, & hanc sententiam sequuntur poliores Scotiae Tatar. & Tromber. loc. cit. Lichet. 2. d. 3. a. 1. ubi rursus Tatar. & alii Expositores Saxius to. 2. catastros disp. 3. q. 1. art. 1. Meriner. cap. 1. de universal. disp. 2. qu. 1. Formalitae passim tract. Formalit. & praeterit Vallon. in explicacione divisionis entis rationis, Rada part. 2. controv. 3. ar. 2. immo Canonice est priorum sequetur opinionem, fatetur tamen hanc secundam esse magis subtilem, & Scoticae doctrinae consonam, & Aureol. loc. cit. esse nullam esse hinc tenet, inquit tamen hanc secundam modum tuendi communitatem naturae realem esse valde pulchrum, & subtilem, & rationes, quae fieri solent contra naturae communitatem, praesertim procedere contra communitatem naturae per existentiam, non autem per indifferentiam.

ARTICULUS I.

Resolutio Quaest. I.

109. Dilectum est, naturam creatam, & predicamentalem de his namque, est sermo in praecedenti disp. esse commune pluribus per indifferentiam, non autem per existentiam. Conclusio est Doctoris sermo ubique, loquitur communitate naturae, & quidem in 2. 3. q. 1. ubi ex professo loquitur de communitate naturae, eam explicat per indifferentiam, non per existentiam, & ita praesertim docet aperte §. Sed contra, dum inquit illi. H. natura existens in re non repugnat esse in alia singularitate ab ea, in qua est, quod est eam agnoscere commune per indifferentiam, non autem per existentiam, sic etiam loquitur ibid. licet. Dicens in creaturis esse aliquo commune alium unitate reali minor unitate numerali, & illud qui est commune non est ita commune, quod sit praedicabile, de multis, licet sit ita commune, quod non repugnet sibi esse in alio, in quo est; si autem natura communis esset per existentiam, esset quoque, proxime praedicabilis de omnibus illis, quia ad esse actu in multis loquitur immediate dicit de multis; ponit ergo eam commune solum per indifferentiam. Dices, ad instantiam ibi factam ex Damasceno. de sola divina natura, quae est communis pluribus a parte rei, respondet Doctor per hoc distingui communitatem naturae creatae a communitate divinam, quia ubi commune est unum singulare, & individuum, non fit in existentiam, sed tantum negatur naturam creatam esse commune numero. Sed contra, immo id ibi aperte negat, dum subdit, dupliciter igitur patet, quomodo auctoritas Damasceni, non est contra me, primo quia loquitur de unitate singularitatis in divinis, & hoc modo non solum universale creatum non est unum, sed nec commune in creaturis; secundo quia loquitur de communi praedicabili, non praesertim de communi, quod determinatum est de facto, licet non repugnet sibi esse in alio, quale commune precise potest poni in creatura realiter; ita Doctor, non ergo ex primo capite tantum fecerit communitatem naturae ad divina, quod scilicet haec communicatur una numero pluribus non illa, sed etiam ex alio, quod ista est proxime praedicabilis de pluribus, quibus actu existit; non illa, scilicet creatae, quia tantum reperitur in uno determinata, licet sit in iplo, ut cui non repugnet esse in alio; ergo natura creata per Scotum est tantum commune per indifferentiam, non autem per existentiam, quia de facto reperitur tantum in uno, non in pluribus.

Deinde eadem d. 3. q. 6. in corpore quaest. §. Ad quaestiones, proponit in terminis hoc dubium, quod praemanibus habemus, ac unitas naturae communis sit alicujus entitatis in uno tantum individuo existentis, an vero alicujus, quod simul sit in duobus, respon-



det his verbis, concedo ergo quod unitas realis non est aliquid entitatis, existentis in duobus individuis, sed in unguibus verbis innuit, ut ibi Licher. exponit, naturam creatam esse communem non per inexistitiam, sed per puram indifferentiam, quam retinet etiam ad unum determinatam modum supra explicato. Neg. satisfaciit, quod ad hoc ait Meurisse cit. per hoc tantum innuere Doctorem unitatem naturam non esse aliquid entitatis existentis in duobus individuis cum sui divisione heterogenea, bene tamen cum sui divisione homogenea, Nam semel admisso, quod natura sit a parte rei divisa in singularia, ut totum homogeneum in suas partes per differentias ejuldem rationis, hinc sequitur, non esse unam, & eandem entitatem naturam Petri, & Pauli, sed aliam esse humanitatem Petri, & aliam Pauli, esse omnes fiat homogenea; hoc enim non inferri, sed tantum quod sint una natura per inexistitiam in omnibus, poterat equè bene confluere Paulam, præterquam quod esse ubi exemplificet Doctorem de natura specifica, illa tamen doctrina, quam ibi tradit de unitate & communitate naturæ, debet generatim intelligi de natura tam specifica, quam generica, de quibus promittit Doctorem loquitur in illis questionibus.

10. Rursum eadem d. 3. q. 7. ad primam rationem in oppositum dicit non esse eundem aliquo modo differre in forma, & differre formaliter, nam plures homines differunt in forma, seu est inter eos diversitas formarum, quia alia est humanitas Petri, & alia Francisci, non tamen est inter eos diversitas formalis, seu essentialis, nec differunt in humanitate, quia hæc est ratio assimilandi plura individua sub eadem specie, non autem ratio distinguendi, aut ratio distinctæ; ex quibus deducitur secundum Doctorem non esse unam realiter, ac entitativam naturam in individuis, sed aliam, & aliam, & solam scilicet unam omnium esse naturam per indifferentiam; & dicitur in 3. d. 5. quæst. 1. in hæc docet in singularibus individuis naturam communem pluraliter ad pluralitatem eorum cum purificatione etiam formalis unitatis naturæ, unde ait aliam esse formalem unitatem humanitatis Christi, & aliam humanitatis Mariæ; signum evidens non esse intentionis ejus, quod datur naturam communis per inexistitiam, sed solum per indifferentiam nam qui ponunt naturam esse communem per inexistitiam non multiplicat unitatem ejus formalem in quolibet individuo, sed ajunt hæc unitatem illi correspondere, ut est in omnibus individuis adæquate. Idem etiam colligitur ex 7. Met. q. 18. ubi communitatem naturæ etiã explicat per negativam indifferentiam, quatenus de se non est hæc, & alibi frequenter hæc igitur est vera, ac genuina sententia Doctoris de communitate naturæ, ut bene notavit Radacit. contravertit. 3. art. 1. in fine, ubi post exactam ponderationem verborum Doctoris d. 3. q. 1. §. Sed contra, in explicanda communitate a. arte rei, concludit his verbis. Habet ergo Scotus pro inconveniente dari aliquam entitatem realem unam, & eandem in pluribus, & idem secundum ipsum non datur aliquid reale, quod sit actu unum in multis, sed solum act. datur aliquid commune sic, quod sibi non repugnat ex sua ratione esse in alio ab eo, in quo est. Nec hoc ita intelligas, ut aliquid entitatis unice a parte rei possit non repugnare esse simul in duobus suppositis, quia hoc cucurrit; natura creatæ a parte rei existenti omnino repugnat, sed sic quod divisum non repugnat esse in alio, hoc est, quod sicut per hæc singularitatem determinatur ad esse Petri, ita non repugnabit, ut prior singularitate Petri determinari per singularitatem Pauli, vel aliam quancunque; ex eo quod nullam in sua ratione formali sibi determinat, sic nullatenus potest non repugnare sibi esse simul in duobus singularibus, quæquid ergo est in creatis commune reale, est de facto determinatum, & in uno secundum Scotum, non autem in pluribus simul, & conjunctum, ut dicere tenentur, qui expliçant communitatem naturæ per inexistitiam in pluribus.

11. Primo, præcipuum, & coniectum fundamentum ad impugnandam communitatem naturæ per inexistitiam est, quia si in omnibus individuis datur una, & eadem omnino natura humana v. g. ergo eadem omnino natura erit in Christo Domino, & Juda proditore, & sic eadem humanitas erit in Cælo simul, & semel, ac in Inferno erit simul misera, & beata. Tum quia juxta hæc sententiam a. mittitur in creatis mysterium Trinitatis, nam eadem omnino natura est idem realiter cum pluribus singularitatibus, quin singularitates sint idem realiter inter se, sicut eadem natura divina cum tribus personis, quin ipsæ personæ sint in eam inter se realiter. Cæterum, nisi aliud addatur, facile evadunt Auctores primæ opinionis hæc, & similia argumenta dicendo, quod procedunt ex hypotesi, quod hæc unitas naturæ in pluribus sit numeralis, quod quidem ipsum afferunt, nam hæc est unitas formalis, quæ est propria naturæ, & est minor unitas numerica, & de le pluribus communis sicut natura ipsa, & inadæquate salvatur in hoc, vel illo individuo, adæquate verò in omnibus, sicut ipsa natura; quod igitur natura Christi sit numero diversa a natura Judæ, & solum eadem specie, plane nullum inconveniens hinc sequatur, quia non inconvenit aliquam naturam ejuldem speciei cum natura Christi esse miseram, ac in inferno torquentem. Neg. pariter sequitur in creatis reperiri mysterium Trinitatis, quia in divinis eadem numero natura reperitur in tribus, non sic in creatis, ubi est tantum una specie, vel genere, & in hunc modum respon. est præsertim Pasqualig. to. 2. Met. disp. 15. sect. 3. ubi mordicus oppositam tueri sententiam, quæ innumeris ab hinc annis obsoleta manebat.

Ad evitandum funditus hæc solutionem, quæ magis promptè datur, quam reselli possit, inquirenda est ratio, cur divina natura in

tribus divinis suppositis non dicatur dividi, nec numero multiplicari, quantumvis divinis personalitatibus terminetur, bene tamen natura humana in Petro, & Paulo eo ipso, quod ab eorum individualibus differentiis contra dicta intelligitur, adeo quod cum veritate dici possint duo homines, non sic Pater, & Filius duo Dii, vel enim id est, quia multiplicatur differentia individuales in natura creatæ, & cum ipsa identificatur realiter, & ob hæc identitatem natura quoque in seipsa suscipit divisionem, & hoc esse non potest, quia etiam in divinis pluraliter personalitates in natura, & cum ipsa summe identificatur, & non ob id pluraliter natura, adeo quod dici possint divinæ personæ plures Dii. Vel id est, quia natura in creatis contrahitur, & adatur per hæc differentias, non sic divina natura per personalitates, cum sit in ultima actualitate; & neg. hoc dicit potest, quia intelligi nequit aliquid dividi, & multiplicari per adventum alterius, si in se manet unum sicut antea, ut constat ex ipsis terminis; sed natura humana secundum Adversarios ita in se manet una formaliter, & positivè post adventum singularitatum, sicut antea, ergo per ipsas nullo modo dividitur aut multiplicatur, etiam si per ipsas contrahatur, vel adatur tum quia per hoc præcisè divina natura non dicitur multiplicari per divinas personalitates, quia ita terminatur per illas, ut eodem modo maneat in se una, sicut ante terminationem. Dices divisionem numericam redundare in naturam humanam ab illis variis hæc differentibus, quibus contrahitur ad illa in individuo, quia per ipsas redditur incommunicabilis, cum antea communicabilis esset. Contra, nam extrinsecè tantum, & per accidens redditur incommunicabilis ob conjunctionem cum hæcitate, intrinsecè tamen, & in se remanet una, & communicabilis, sicut antea, quia adhuc sub singularitate suam retinet indifferentiam intrinsecam, ergo se vera in seipsa nec dividitur, nec multiplicatur. Dices, quatenus est sub ipsa singularitate communicari non posse, & idem ut sic heri unum numero, & omne tale in creaturis est incommunicabile. Contra, hoc est perinde, ac si dicitur, quod natura simul cum singularitate nequeat communicari, quod utiq; verum est, sed hoc non ponit propriam multiplicationem, aut unitatem individuum in natura sed in confinitis ex natura, & individuatione; & sic etiam pariter dici possit de natura divina, quod sumpta cum paternitate vel filiatione fit incommunicabilis.

12. Ex præfatis ergo capitibus nulla potest colligi ratio, cur natura in divinis non dicatur dividi, & multiplicari per multiplicationem personalitatum in ipsa, sed bene natura creatæ per pluralitatem hæc eorum, semper enim ex ipsis eadem currit paritas utrobique. Quare remanet, ut dicamus rationem hujus unitatis, & adæquate esse, quia in divinis personalitates ita identificatur cum natura divina, ut tamen ex vi talis identitatis non fiat multiplex natura in ratione naturæ, sed tantum personaliter: in creatis verò natura ita identificatur cum hæc eorum, ut per ipsas multiplicetur etiam in ratione naturæ, unde quia in Petro, & Paulo a parte rei non solum reperitur diversæ hæc eorum, sed etiam plures humanitates, idè dicuntur plures homines, non sic Pater, & Filius plures Dii ob oppositam rationem. Conf. hæc ratio, quia ut dictum est disp. 2. log. quæst. 6. art. 2. concretum substantiale multiplicari nequit sine multiplicatione formæ, & hæc est ratio præcisa, cur tres divinæ personæ non sint tres Dii, quia una tantum in ipsis reperitur divinitas: cum ergo Petrus, & Paulus dicantur plures homines, id est quia in ipsis sunt plures naturæ, & humanitates, quæ sunt in ipsis pluralitate etiam in ratione naturæ adeo ut sit in ipsis duplex natura, & duplex humanitas. Conf. adhuc, quia vel Petrus, & Paulus hypostatice tantum differunt, & per hæc eorum, vel etiam aliquo modo substantialiter, & per naturam, ita utalia sit humanitas in uno, & alia in alio: si secundum hæc, habetur intentum, quod non sit una, & eadem humanitas in Petro, & Paulo: si primum, ergo differunt, sicut personæ divinæ, ita quod non poterunt dici duo homines, sed unus homo sub pluribus hæc eorum sicut dicitur unus Deus sub pluribus personalitatibus. Dices, Petrus, & Paulum esse duos homines, quia habent plures humanitates numero differentes, non sic tres divinæ personæ. Contra, redit rursus argumentum a capite, quæro enim cur humanitates Petri, & Pauli dicantur numero plures, non sic divina natura in tribus personis, si dicas, id accidere, quia humanitas in Petro, & Paulo identificatur cum singularitatibus realiter distinctis, idipsum dicitur in divinis, quia ibi quoque natura identificatur personalitatibus realiter distinctis, si dicas id esse, quia in creatis natura contrahitur, & determinatur a differentia, hoc etiam supra confutum est, qui etiam in divinis essentia terminatur suo modo a tribus subsistentiis, tum quia hæc contractio, & determinatio in creatis est extrinsecæ, quæ destruit intrinsecam naturæ unitatem, restat ergo, Petrus, & Paulum dici duos homines, quia multiplicatur in ipsis humanitates non præcisè secundum esse individuale, sed etiam secundum esse reale naturæ.

13. Et quidem, quod humanitas in suis individuis, sicut & quilibet alia natura creatæ in suis multipliciter aliquo pacto eadem secundum esse reale naturæ suadet evidentè ratione: quia enim in individuis multiplicatur, ut patet multiplicatio non fit secundum esse essentiale naturæ, ita tamen secundum esse reale physicum, quod a parte rei recipit, & hujusmodi multiplicatio est intrinsecæ naturæ, sed secundum esse intrinsecum eundem naturæ, hoc, inquam, probatur, quia si natura creatæ non ita pluraliter sit in suis individuis, jam illi communicabitur, sicut natura divina tribus personis, & sic Petrus, & Paulus bene dici poterunt due personæ humanæ,

man, non tamen duo homines; tum quia qualibet actio individui producit, communis est illi esse distinctum entitativè ab esse alterius individui; per ipsam autem non producit forma individualis, sed etiam ipsam esse naturæ intrinsecam licet sub individuatione, unde natura ipsa in se ponitur terminus formalis generationis univocæ; cum ergo productio terminetur ad esse reale naturæ, quod productio formaliter ab individuatione distinctum licet non nisi ut ei conjungatur, fatendum est naturam creatam in individuis pluraliter etiam in ratione naturæ, non quidem secundum esse essentialè, quod de se abstrahit ab existentia, sed secundum esse reale; physicum, ac entitativum, quod existentiam concernit. Conf. cum natura secundum esse ibi intrinsecam ab individuatione distinctum sit terminus formalis univocæ generationis, quæro cum Petrus producat a generate, nam producat in ipso eadem realiter humanitas, quæ est in Paulo, nec ne; si secundum, habetur intentum quod natura in individuis multiplicatur etiam secundum rationem naturæ; si primum, ergo idem bis, immò illius producit, nam toties eadem humanitas reproducitur, quot producuntur individua humana naturæ. Dices, producti in productione Petri diversam numero humanitatem a Pauli humanitate, & eandem specie. Contra, nam quæro de termino formali generationis univocæ, quæ est sola natura, ad quem concurrunt hæc eorum, ut simpliciter, & pura conditio terminant generationem, non autem ut ratio terminandi, hæc enim est præcisè natura sub ratione naturæ si hæc terminus formalis productionis Petri est diversa termino formali productionis Pauli, ergo natura pluraliter in ipsis etiam secundum esse naturæ non quidem essentialè, quod ob existentiam abstrahit, sed physicum, & entitativum; si verò est idem terminus, ergo idem bis producit. Tum quia patet referat, quod si dicatur esse eundem terminum specie, quia dummodo hæc unitas, & communitas naturæ sit realis, idem sequitur inconveniens, tam enim absurdum est eandem entitativam communem pluries reproduci perinde, ac singularem; tum quia casu, quo non multiplicatur natura in individuis etiam secundum esse naturæ tunc esse unam specie tantum significat eandem prorsus entitatem v. g. humanitatem affici pluribus hæc eorum ut Petreitate, & Pauleitate; singularis autem hæc eorum non posse aliis affici, quod quidem non obstat, quin adhuc talis natura unitatis sit numeralis, neque enim quia natura divina eadem afficitur pluribus personalitatibus, aut anima rationalis pluribus nonionibus in corpore in diversis partibus numero multiplicatur; immò cum hoc adhuc salvatur, quod eadem numero natura est in tribus personis, & eadem numero anima rationalis in pluribus partibus corporis.

14. Ex hac itaq; doctrina patet robur hujus primi argumenti propositi n. 111. quia si nullo pacto natura creatæ multiplicatur in individuis secundum esse naturæ, tunc ipsa communicabitur in omnimoda unitate naturæ, quæ est numeralis, & sic in creatis introducitur mysterium Trinitatis. Tum quia etiam concessio hinc non sequi eandem naturam numero in creatis pluribus communicari, sed unam, & eandem unitate minori, quæ dicitur unitas formalis adhuc miraculum habebimus in creatis finissimum mysterio Trinitatis nam miraculum Trinitatis præsertim in hoc consistit, quod plures personalitates inter se realiter distinctæ realiter identificentur cum tertio, sicut etiam cum divina essentia, nec tamen identificentur inter se, id enim directè repugnat illi naturali principio, quæ sunt eadem unitas inter se, sicut eadem inter se, & hoc in divinis privilegium ajunt oriri ex infinitate divine naturæ. Sed ex opposita sententia hoc quod contingeret in creatis, nam hæc eorum inter se realiter distinctæ identificarentur realiter in tertio abiq; quod inter se identificari dicantur; & parum refert, quod in creatis hoc tertium, in quo realiter distincta identificantur, sit aliomodo commune, & non particulare, sicut est in divinis. Quia etiam divina natura sit singularis, adhuc tamen etiam est communis tribus, quia ibi nec singularitas communitatem excludit, nec contra, ut in creatis contingit; tum quia hoc privilegium conceditur divinæ naturæ, ut realiter distincta identificentur in ipsa, non ob suam singularitatem vel communitatem, sed præcisè ob ejus infinitatem; ergo etiam si unitas naturæ communis non sit unitas numeralis, sed major, id non sufficit, ut hæc eorum inter se realiter distinctæ identificentur in natura, nisi etiam ponatur infinitas sicut natura divina. Et ex hæc pariter doctrina rejicitur solutio ad argumentum pro illa parte, quod hinc sequeretur eandem humanitatem esse miseram, & beatam. Non enim sufficit dicere, quod non est eadem numero, sed specie, nam ex dictis convincitur futuram esse eam numero, sed natura nullo modo in individuis multiplicatur etiam secundum esse naturæ, non quidem essentialè, sed physicum, & entitativum quod existentiam concernit. Tum quia concessio etiam non futuram eandem numero naturam, sed specie, tenetur reddere rationem cur hæc sit absurda de eadem numero natura, non de eadem specie; si dicantur rationem esse, quia natura pluraliter in individuis, unde de ea verificatur esse miseram, & beatam, sed secundum diversas ejus portiones. Contra, nam vel hæc divisio naturæ in plures portiones ponit multiplicationem naturæ secundum esse sibi intrinsecum, vel solum multiplicationem hæc eorum in ipsa; si primum, ergo non est eadem natura in omnibus per inexistitiam; si secundum, ergo tota natura, ac entitas humanitatis Christi, præter ejus singularitatem est damnata, & integra humanitas Judæ præter hæc eorum est beata, quod nescio quo stomacho concessuri sit Adversarii.

15. Secundò, principaliter probatur conclusio, nam ex opposita

sententia sequitur Deum non posse verè creare unum hominem v. g. Petrum, nec eum verè annihilare; probatur consequentia, quia creatio est productio totius entis, & secundum omnem ejus formalitatem ex nihilo, & annihilatio pariter est redutio totius entis in nihilum: at in opposita sententia, & semper præexistit eadem natura Petri in aliis individuis ante ejus creationem, & semper remaneret post ejus destructionem, ergo nec verè creari posset, nec verè annihilari. Resp. Canon. cit. ad creationem sufficere, si nihil præexistat singulare, & ad annihilationem pariter, quod nihil remaneat singulare, nam singularia sunt, quæ terminant quolibet productionem, vel destructionem: subdit etiam ad annihilationem sufficere, quod destruat tota ejus entitas hæc eorum, sumpta quantum ad illam tertiam entitatem, quæ resultat ex partibus, quæ cum est enim, quod quando res corrumpitur, remanet ejus materia, cum sit incorruptibilis. Contra, quia ad veram creationem, ut a generatione secerit, exigitur ut nihil præexistat entitatis intrinsecè componentis rem cre atam, & pariter ad annihilationem propriè dictam, ut secerit corruptione, requiritur ut nihil remaneat in rerum natura entitatis actualis, quæ intrinsecè rem annihilatam connebat; ergo solutio Canonici non sufficit. Tum quia quando aliquid creatur, non solum producit secundum ultimam gradum individualitatem, ut Bonet. abserere videtur, sed etiam secundum omnem realitatem, quæ in ipso existit a parte rei usque ad supremam in predicamento positam, alioquin aliqua realitas daretur in ipso improducta, & sic etiam cum annihilatur, omnis talis destruitur, ergo ad creationem non sufficit, quod nihil singularis præexistat, & ad annihilationem, quod nihil singulare remaneat, sed nihil prorsus sine singulare, five commune debet in creatione præcedere, & nihil pariter in annihilatione remanere. Vel certe si aliquid commune omnino idem ante creationem Petri præexistebat, fatendum est idem bis produci.

16. Respondet Pasqualig. cit. quod creatio tendit ad ponendam actualitatem rei, & annihilatio ad eam tollendam, tollunt autem vel ponunt adualitatem secundum esse naturæ inadæquate; quod natura potest habere in tali individuo, quia secundum totam suam latitudinem non est adæquate in unoquoque, hoc autem esse inadæquate naturæ est esse adæquate illius individui, & idem illo postea, vel ablati tollitur, vel positum individuum, & ut individuum sint ex nihilo, sufficit, quod nihil præexistat de hoc esse inadæquate, & si totum hoc esse inadæquate tollatur, desinit in nihilum. At quævis Pasqualig. de hæc solutio collatur, ut ab omni infantia immuni, tamen si bene perpendatur non est alius melior, nam quæro de illo esse inadæquate naturæ in Petro, quod est esse adæquate ipsius Petri, an sit idem omnino cum esse inadæquate ejuldem naturæ in Paulo, quod idem adæquate ipsius Pauli, vel non; si primum, currit argumentum, ut prius, quod Petrus non possit creari, quia idem esse præce it in Paulo, nec annihilari, quia post ejus destructionem remanet in Paulo; si secundum, ergo non est una, & eadem natura in omnibus singularibus per inexistitiam, sed tantum per indifferentiam.

Respondent alii, Petrum annihilari, quia licet eadem humanitas realis maneat adhuc in Paulo, non tamen remanet in humanitate Petri, sed Pauli. Contra, redit a capite argumentum; quia de ratione annihilationis est, ut res simpliciter, & totaliter desinat esse, non verò ut est huius, vel illius, quandoquidem hæc desinitio, & secundum quid, tum quia flante hæc solutio, si Deus transferret albedinem Petri in Paulum, dici posset ipsam annihilari, quia licet in se non desinat, desinit tamen esse illius, cuius antea dicebatur, quod sufficit ad annihilationem esse solutionem jam data; tum quia corruptis primis substantiis impossibile est aliquid aliorum remanere ex Arist. cap. de substantia, ergo destrudo Petro destruitur omnis realis tam particularis, quam communis quæ erit in eo, ergo non est una, & eadem positivè humanitas Petri, & Pauli, quasi sint aliquo pacto una, & eadem physica entitas, & per consequens ejus communitas non est per inexistitiam, sed per puram indifferentiam, vel fatendum est ad corruptionem humanitatis Petri, deberi quoque corrupti humanitatem aliorum inviduorum, quod ad sensum ceritur, esse falsum.

17. Tertio hinc deducitur alia ineluctabilis ratio pro nostra sententia, quia ad sensum videmus incipere naturam secundum seum esse formale, ac entitativum in Petro, vel desinare, non autem in Paulo, ergo non est una, & eadem natura positivè in Petro, & Paulo per inexistitiam, consequentia patet; quia evidens signum distinctionis realis inter aliqua duo est separatio realis unum posse existere sine alio, ut dictum est disp. 6. q. 3. n. 136. & 137. immò ob hæc difficultatem ibidem dixi sententiam de communitate naturæ per inexistitiam non posse sustineri, sed tantum admitti debere unam, & communem per indifferentiam, quia cum tali unitate, & communitate indifferentiæ fiat realis, ac entitativa distinctio naturæ Petri, & Pauli.

Respondet Pasq. quod natura ex intrinsecæ sua ratione petit esse in individuis per identificationem, nec alio pacto possibilis est, unde est possibilis tantum cum distinctione, entitativa, ac materiali, hinc fit quod postea hæc distinctione entitativa, seu materialis nature Petri, & Pauli, possit bene produci natura in uno, vel corrumpi non autem in alio merito hujus entitativæ distinctionis, quam habet in diversis individuis ratione esse individualis, & tunc incipit, & desinit inadæquate, non autem adæquate, quia secundum totam latitudinem suam respicit totam individuorum collectionem.







precise de illa, quae reperitur in ipso, quae ideo praedicatur in quid de Francisco, quia de facto illud constituit, & praedicari illi totum esse quidditativum, & ut contra in Francisco actu non est apta natura praedicari de alio in quid, sed ut contrahibilis ab omni alia haecceitate est nata facere per se aliud individuum cum alia, & alia haecceitate, & in hoc sensu dicitur apta natura praedicari de illis praedicatione dicente hoc est hoc, adeo quod praedicatio actualis fundatur in actuali identitate naturae cum individuo, de quo praedicatur, & aptitudinalis vero praedicatio de aliis in identitate aptitudinali, quatenus ad illa contrahi potest ex sui natura a parte rei distinctum, vel per intellectum conjunctum, quo pacto fit universalis. Itaque ad argumentum ex hac doctrina occurrendum est, eandem naturam per indifferentiam posse praedicari de pluribus praedicatione aptitudinali a parte rei, & in potentia remota, quatenus natura, quae est in Petro, aequè bene poterat de se constituisse Paulum, & talis praedicatio aptitudinalis fundatur in aptitudinali identitate; potest verò eadem natura per inexistentialiam praedicari de pluribus proxime solum per intellectum, cum eam concipit per modum universalis, quia actualis, quam actualis praedicationem, vel aptitudinalem proxima acquirat natura ex operatione intellectus, ut declaratur in dissp. 4. Log. q. 3. & talis praedicatio adhuc vera dicitur ob fundamentum, quo praecedit in re, nimirum ratione communitatis naturae per indifferentiam, quam ipsa possidet citra distinctionem quamcunque intellectus, ex qua occasione postea reperita in re aliter intellectus natura etiam communitatem per inexistentialiam, & facit eam actu universalem, ut loc. cit. dictum est, & adhuc magis infra constabit.

124. Dices ex hoc sequi, quod tunc mille naturae possent praedicari in quid de Francisco, quia quaelibet illarum, ut prior sua individuatione est communitas, & quantum est de se, poterat constituisse Francicum. Resp. Lichet. cit. quod tantum illa natura, quae actu est in Francisco, dicit quidditatem illum, & nulla alia, sed ut contrahibilis, & nata per se facere unum cum haecceitate Francici dicitur praedicari in quid, & sic concedit, quod quaelibet, ut sic, nata est praedicari in quid de Francisco, sed ut contra dicitur est in Francisco, & dicit totam quidditatem illius, tunc de illo constituit nulla alia natura praedicatur in quid, cum praedicari in quid nihil aliud sit nisi naturam naturam facere cum haecceitate contrahente illud individuum, de quo praedicatur, non ergo de eodem individuo constituto ex natura, & haecceitate alia, & alia natura praedicatur in quid sic nulla natura praedicatur de illo, nisi ut considerata in esse contrahibilis, & ut nata facere per se unum cum tali haecceitate. Dices, quod explicando communitatem naturae per indifferentiam, & non per inexistentialiam, videtur coincidere in opinionem Thomistaram, nam ipsi quoque dicunt duo individua ejusdem speciei esse essentialiter indivisa, & unum, non quia una, & eadem natura communis sit in ambobus, sed quia licet sint plures naturae, ac essentialiter, quia tamen sunt conformes, possunt concipi, ut unum. Respond. negandum assumptum, ratio enim cur natura Petri, & natura Pauli secundum nos sint conformes, & ejusdem rationis est, quia natura unius quantum est de se, potest esse constitutiva alterius, hac enim ratione verò dicuntur similes in specie, quia unae inclinat entitatem quandam, quae absolute potest esse in alio, & est utriusque communis per indifferentiam; at Thomisti dicunt Petrum esse similem Paulo se totum, quia unus est quid est in Petro ita repugnet esse in Paulo, ac in Bucephalo, quod impossibile est, cum non explicent, in quo fundatur ista similitudo, & cur Petrus sit magis similis Paulo, quam Bucephalo. Dices saltem nos id ipsum cogi dicere cum Thomistis, quando comparamus naturam Petri cum natura Pauli, quia vel istae naturae sunt similes, vel dissimiles, & non possumus dicere, quod sint similes, nisi seipsis, & non quia involvant aliquam entitatem communem, quia tunc procederet in infinitum. Respond. negando ad hoc assumptum, quia Petrus, & Paulus proprie loquendo sunt similes in natura, sed naturae eorum nequeunt dici similes nisi in quantum sunt naturae assimilandi eas, in quibus sunt, ut docet Lichet. loc. cit. & Doctor quol. 1. L. & ratio est, quia universaliter loquendo. Quo non potest esse quod; ut dictum est supra nu. 322.

Tertio, si singularibus aliud non esset, quam natura, utique non posset esse distincta, quia minus distinguendi spectat ad differentias individuales, sed essent unum, & idem omnino a parte rei quia individua per naturam conveniunt, non distinguuntur, ut ait Doctor, 2. d. 3. q. 6. ergo de illo uno, & eadem est natura realiter in omnibus contrahente indivisa in se, sed solum per differentiam extrinsecam si dividit esset, posset etiam ipsa natura distinguere individua. Conf. quia si natura Petri, & natura Pauli, ut priores suis haecceitatibus non sunt una, & eadem natura positivè, & non per inexistentialiam, sed realiter, ac entitativè diversae, nulla esset necessitas superaddendi singularitates, quia per ipsas naturas individua sufficienter distinguenter. Conf. adhuc, quia si natura Petri, ut prior sua haecceitate, est realiter distincta a natura Pauli etiam sic considerata, ergo debet habere aliquod principium istius distinctionis, hoc autem est falsum, quia natura Petri, ut a Petreitate distincta, non habet nisi sua praedicata essentialia, & proprietates illa consequentes, in quibus omnino convenit cum natura Pauli. Hoc argumentum cum suis confirmationibus tangitur a Boneto cit. 1. Met. cap. 2. late prosequitur illud Pasqualis. cit. sect. 2. per totum cum aliis confirmationibus, quae in idem recidunt.

125. Respondet Ponticus disp. 3. log. q. 2. nu. 35. quod natura Petri, ut distincta formaliter a Petreitate, neque est una positivè cum alia natura, neque positivè distincta ab illa, nam ut sic praecise habet sua

praedicata essentialia, interque non est nec unitas illa; neque distinctio, quam solutionem supra rejeci nu. 58. Lichet. autem 2. d. 3. q. 6. §. ad questionem, concedit duo individua de facto distinguuntur realiter inter se non tantum per haecceitates, sed etiam per naturas, licet non numeraliter, & individualiter, quia natura ut est prior singularitas non est unum numero. Quando autem Doctor dicit individua non differre realiter per naturam, sed per haecceitatem, aut locutus est solum de distinctione reali numerali non de distinctione reali absolute, ut explicat Lichet. aut si etiam de distinctione reali absolute locutus est, hoc intantum dixit, in quantum per naturam non distinguuntur realiter duo individua per se, quia per se loquendo natura unius potest esse natura alterius, & per accidens est, quod natura Petri sit Petri constitutiva, & non Pauli, quia per se indifferentes est ad utrumque; constitutum distinctum, bene tamen per se realiter distinguuntur per haecceitates, quia haecceitatem Petri omnino repugnat esse haecceitatem Pauli, & hinc est, quod absolute dicuntur individua per naturam convenire, & per haecceitates differre, quia licet alias, & alias habeant naturas, ac entitativè divinas, quia tamen sunt ejusdem rationis, non sunt rationes, cur individua inter se differunt, sed potius per quos conveniunt. Sed inhaerendo doctrinae traditae numero 120. ex Scoto 7. Metaphysicorum quaest. 13. §. contra praedicta dicendum est, quod licet natura Petri, ut Petreitate praecedit, non sit una, & eadem positivè entitas cum natura Pauli; nequeunt tamen dici inter se realiter distinctae haecceitativè ob rationem entitativè additam, quia scilicet realis distinctio fundatur in diversis entitatibus propriis existentiae capacibus, unde cum natura fundare nequeat existentiam, nisi ut substat singularitati, id est consequenter fundare nequit realiter distinctionem ab alia natura, nisi ut singularis, ut ibi declaratum est, unde ad summum illa natura, ut singularitates praecedunt, dici possunt non idem inter se, non tamen realiter, & positivè distinctae ex dictis idibus n. 60. per quod patet ad argumentum cum suis confirmationibus; quoniam enim natura, quae est in Petro non sit eadem, quae est in Paulo etiam tunc singularitatem, non tamen potest realiter distinguere naturam a Paulo, cum tunc quae entitas communicabilis, & quantum est de se ita Petrum constituit, ut patet Paulum constituisse poterit, tunc quia antecedenter ad singularitatem non est existentiae capax, nec consequenter realem distinctionem fundare potest.

126. Quarto, si natura in pluribus individuis est in se, ac entitativè divisa, & non potius a dualiter una in omnibus, & solum extrinsecè divisa, sequitur singulare conjunctive speciei esse imperfectum in illa specie, quia Petrus ver. grat. non habet completè totam naturam communem, sed tantum partem ejus. Respond. negando consequentiam, eo enim ipso, quod singulare ver. grat. Petrus habet naturam communem cum sua unitate formalis dicitur habere totam naturam communem, id est quicquid est de ratione naturae communis illa tamen totalitas naturae non dicit negationem naturae humanae similis, seu ejusdem rationis in alio individuo, quia haec est totalitas essentialis, non autem entitativa, cum nulla sit repugnantia, cur praeter naturam Petri alia ejusdem rationis entitas reperitur in Paulo, immò argumentum concludit potius contra oppositam sententiam, quae arguit eandem esse naturam in omnibus, & singulariter simul sumptis, in singulari verò partialiter, & insaequant tantum, unde ex hoc concludi videtur non integram naturam in quolibet individuo reperiri cum sua unitate formalis, sed tantum partem naturae cum parte unitatis formalis, & sic potius opposita sententia sequitur, Petrum non habere completè totam naturam communem, sed tantum partem ejus.

Quinto, natura Petri, & natura Pauli sunt idem realiter antecedenter ad singularitates, ergo sunt idem etiam realiter, quia major identitas inferat minorem, probatur assumptum quia humanitas Petri, & humanitas Pauli sunt indivisae formaliter, hoc est per principia formalia, & essentialia. Confirma. quia ut arguit Bonet. si humanitas Petri, & humanitas Pauli sunt realiter distinctae, ergo praedicata priora non erunt communia, sed propria; loquendo de communitate extra animam, & per consequens non habebunt eandem definitionem Petrus, & Paulus, cum haec dicitur per praedicata communia, & priora.

127. Respond. patere ex dictis nu. 121. quod sensu natura Petri, & Pauli dicuntur esse formaliter indivisae, quia nimirum non distinguuntur idem formaliter per principia formalia, & essentialia, & sic dicuntur idem formaliter, ut formalis identitas concedit cum essentiali non autem fundendo proprie identitatem formalem, hoc autem sensu concessio antecedenter negatur consequentia, ad cuius probationem dico, quod identitas formalis in hoc sensu, ut scilicet coincidit cum identitate essentiali bene stat cum distinctione realiter, duo enim individua sub eadem specie distinguuntur realiter, & sunt idem essentialiter, unde in hoc sensu non est major identitas. Ad Conf. negatur consequentia, cum hoc enim, quod humanitas Petri non sit humanitas Pauli, adhuc stat quod ambobus sit praedicata communia, & non propria; quia illud dicitur praedicatum proprium alicuius, quod illi est ita additum, ut alteri nullatenus convenire queat, qualis est in Petro Petreitas, & in Paulo Pauleitas, unde quia humanitas Petri non ita se habet, quia quantum est de se poterat etiam contrahi a Pauleitate, id est nequit dici praedicatum ejus proprium sed ad illa propria, ut patet, inquit dicitur sed id habet a seipso, quoniam enim omni carere haecceitate, adhuc non posset ita dividi.

nia per intellectum, & non extra intellectum, & sic etiam, quod individua habent unum conceptum in mente communem. Sed est incepta solutio, & a mente Scoti profus aliena, quia Doctor in gradibus praedicationibus agnoscit communitatem nedum in intellectu, sed etiam extra intellectum ut patet 2. dist. 3. quae. 2. ubi id ex professo probat, & vult definitionem, quando praesertim datur per conceptus adequatos, exprimerent rerum essentias, ut sunt a parte rei non autem secundum esse, quod habent in intellectu, non enim esse in intellectu dat rei rationem quidditativam, ut ait quol. 1. Q. Ponticus disputat. 3. log. qu. 2. n. 32 loquendo de definitione objectiva concedit aliam esse definitionem Petri, & aliam Pauli, sicut alia est essentia unius ab essentia alterius quoniam propter summam similitudinem, quam habent, censentur habere ut unam essentiam, ita etiam unam definitionem. Sed iam constat ex dictis disp. 1. log. q. 4. art. 3. in fine individua non habere propriam definitionem nisi speciei, ut monet quoque Doctor 2. d. 3. quae. 6. lit. M. & ideo falsum est, aliam esse definitionem Petri, & aliam Pauli; sicuti etiam falsum est, aliam esse essentiam unius ab essentia alterius, quoniam enim dicitur possit humanitatem Petri esse aliam ab humanitate Pauli, tamen cum veritate dici non potest essentiam Petri esse aliam ab essentia Pauli, & inter se differre essentialiter, quia cum illae humanitates sint entitates omnino ejusdem rationis, possunt quidem dici plures entitates, ac etiam distinctae, vel diversae entitates, non tamen essentiae diversae, quia habent eandem principia formalia, & essentialia constitutiva. Quare dicendum est ad argumentum, quod scilicet individua ejusdem speciei habent praedicata propria communia, non autem propria, ita quoque habent eandem praedicationem omnibus, & singulis communem, ut explicatum est supra numero 121.

128. Sexto arguitur ex auctoritate, Arist. enim 7. Met. 51. ait, animal esse unum, & idem in homine, & equo, sicuti tibi ipsi, & Porphyrius in cap. de specie inquit, plures homines participatione speciei sunt unus homo, qui quidem loquendi modus, tam Aristoteli, quam Porphyrio innotuit naturam esse unam, & eandem in omnibus individuis non tantum per indifferentiam, sed etiam per inexistentialiam, seu per indivisibilem entitativam. Resp. primam auctoritatem plus probare, quam velint. Adversarii, qui utique volunt unam, & eandem naturam esse omnium individuorum, non tamen unam unitatem individuali, & numerica, sed minori, quam appellat formalem, auctoritas verò alata significat unum, & idem animal numero esse in homine, & equo, dum ait esse idem sicuti tibi ipsi; itaque dicendum est, ut ibi exponit Doctor, & A. sentis, Arist. probare contra Platonem genus, & species poni non posse substantias ad singularibus separatas, & per se subsistentes, quia cum sit unum, & idem animal in homine, & equo, nam si desiniantur homo, & equus, ut animalia, dabitur in utroque eadem definitio, sequitur idem numero esse in pluribus rebus separatis existentibus, quod est impossibile, vult igitur animal esse unum, & idem in homine, & in equo, vel unitate rationis, ut dicitur communiter, vel unitate, & identitate reali, non quidem per inexistentialiam, quia id est impossibile, sed per solam indifferentiam. Ad Porphyrium dicendum est, locum de natura specificam pro secunda intentione, & sub ratione universalis, atque idem non de unitate reali, quae habet naturam a parte rei, sed de unitate rationis, quam habet per intellectum sub ratione universalis, quam unitatem utique, concedo non esse per solam indifferentiam, sed etiam per inexistentialiam, ut dictum est dissp. 4. log. q. 2. art. 3. explicando unitatem naturae universalis, eo quia dum natura universalizatur concipitur una per inexistentialiam in omnibus, & singulis, ut adhuc magis explicabit infra.

Postremo inflat Dur. disp. 5. Met. sec. 2. ubi probat naturam, nedum non esse communem per inexistentialiam, sed neque etiam per indifferentiam, nam conceptus specificus hominis quidditativè praedicatur de multis hominibus, sed humanitas existens in solo Petro non praedicatur quidditativè demulcis hominibus, non enim est in illis, ergo illa non est conceptus universalis. Si dicas eam posse esse divisivè. Contra inflat, quia id tantum est posse esse in uno, non tamen necessarium in hoc potius, quam in illo, hoc autem non sufficit ad universalitatem, cui convenit posse praedicari formaliter, & esse in pluribus. Tum 2. quia licet anima divisivè possit animare multa corpora, tamen non potest praedicari actu in concreto de illis, quia actu non existit, nisi in uno, & de meo corpore tantum potest praedicari anima mea in concreto. Tum 3. quia sic etiam Petreitas potest dici universalis, quia sicut per se natura Petri poterat contrahi Pauleitate, ita Petreitas poterat contrahi per naturam Pauli. Tum 4. quia tot forent universalis specifica hominis, quos sunt naturae contrae per singularitates, quia per se natura conjunctive hominis est universalis. Tum 5. quia est in Deo aliqua ratio communis indifferentes ad singularitatem Dei, & humanam, quod est falsum, consequentia probatur, quia in Deo dantur rationes communes, quibus eum illo creaturas conveniunt, & in sententia Scoti conveniunt univoce, saltem consequentia patet, nam quicquid est in Deo, est necessarium Deus, ergo implicat a parte rei, quod possit esse creatura. Tum tandem afferunt rationem a priori, quia humanitas Petri v. grat. de se est singularis, quia non habet a Petreitate vel alio extrinsecò, quod dividi nequeat in plures humanitates, quae sint seorsum realiter idem sed id habet a seipso, quoniam enim omni carere haecceitate, adhuc non posset ita dividi.

129. Resp. haec argumenta, si quid probant, probare solum, quod natura non est universalis a parte rei formaliter, & complete, ita quod actu, vel saltem potentia proxima possit de multis praedicari quod quidem gratis concedimus, non verò, quod non sit communis per indifferentiam modo explicato, non enim ut natura licet communis dicatur, requiritur quod actu, vel potentia proxima possit praedicari de multis, & conjunctim, sed sufficit quod possit de illis multis praedicari in potentia remota, & divisim, & hoc gratis concedimus ad universalitatem non sufficere, per quod patet ad primum cum sua instantia. Ad 2. licet exemplum de anima respectu corporis non sit satis ad rem, quia ipsa est communicabilis corpori tantum, ut quo natura verò est communicabilis inferioribus, ut quo, & ut quod; tamen respondetur per idem concedendo, quod sicut anima nequit denominativè praedicari, nisi de corpore, quod actu informat, non autem de aliis, quae informare potest divisivè, nisi potentia remota, sic etiam humanitas nequit actu quidditativè praedicari, nisi de individuo, quod actu constituit, de aliis autem, quae actu non constituit, sed tantum constitutur potest, non nisi potentia remota, quod licet non sufficiat ad universalitatem proprie dictam sufficit tamen ad consequendam communitatem naturae per indifferentiam. Ad 3. negatur consequentia, quia per illud probatur solum Petreitate esse indifferentem ad contrahere, non autem ad contrahi, & communicari, quia ex se, & intrinsecè principiis determinata est cum natura, ad constitutum Petrum, itaque non potest constitutur Paulum, immò id ei intrinsecè repugnat, quod de natura Petri nequit asseri. Ad 4. negatur consequentia, quia licet tot sint humanitates, quot homines, adhuc tamen una tantum est species humana, quia unaquaque non est nata fundare, nisi secundum intentionem ejusdem speciei, utpote entitates ejusdem rationis, ut postea magis explicabitur, & falsum est per Scotum naturam conjunctivè hominis esse universaliter formaliter, & proprie, licet fit communis per indifferentiam, quia ad universalitatem requiritur communitas per inexistentialiam ex dictis disp. 5. Log. qu. 1. artic. 2. Ad quantum concludit argumentum contra Scotum, scilicet conceptus transcendentis Deo, & creaturis communes fundari in propriis, & adequatis realitatibus a parte rei in eis existentibus, quod nos non concedimus, nisi de gradibus praedicationibus, ut constat ex dictis disp. 2. Met. a. num. 77. & ideo neganda est paritas, ut etiam superius negavi in hac dissp. nu. 66. Ad ultimum patet ex dictis ad simile argumentum supra numero 104.

QUAESTIO VI.

An natura in statu essentiae habeat quandam unitatem minorem unitate singulari, quae dicitur formalis.

130. Diversos naturae status, varioque unitatis gradus assignant Auctores pro rehta hujus quaestio intelligentia, ut apparet quae unitas in quocunque statu conveniat naturae, & itaque in triplici statu potest considerari natura, ut ex Avic. docet Scotus 6. Met. quaest. 18. & disp. 3. q. 1. & 6. & D. Thom. quol. 3. q. 1. artic. 1. & de ente, & essentia cap. 4. primo consideratur secundum se, & absolute in sua propria ratione, & dicitur status essentialis, in quo naturae conveniunt praedicata communia, & consequenter consequuntur essentiam, id est praedicata tam primam, quam secundam modi; secundo prout est in singularibus a parte rei, & dicitur status existentiae realis, in quo natura est per haecceitates necessario contrae, quia non potest a parte rei existere, nisi singularis, & individua. Tertio tandem consideratur prout est objective in intellectu, & hic dicitur status existentiae objective, in quo natura ex praedicata conveniunt, quae illi tribuntur per virtutem praecivam, vel comparativam intellectus; primus status ordine saltem naturae praecedit secundum, nam prius natura intelligitur in se, & deinde conungi cum haecceitate, ultimo sequitur status existentiae objective, quatenus variis modis potest natura ab intellectu praecindendi, & comparari. Praeterea inter se sic habent hujusmodi status, quod praedicata, quae conveniunt naturae in primo statu, cum ille sit status quidditativus, & praedicata identidem quidditativa, conveniunt naturae in quocunque alio statu, nam homo, vel humanitas tam in singularibus, quam in intellectu est essentialiter rationalis, & est tribitus; quae vero naturae conveniunt ratione aliorum statuum, nequeunt de natura dici in statu essentiali, quia alii duos status accidentis naturae, & constituitur in eis per aliquid superadditum, & in statu existentiae objective per operationem intellectus, & aliam secundam intentionem, unde dicere non possumus naturam in sua essentia esse singularem, vel universalis, quia utramque praedicatum accidit naturae; unde si haec, & alia hujusmodi praedicata comparantur ad naturam absolute sumptam, denominativè habent, quia denominant tantum naturam, non verò constitunt; itaque in hac quaestione naturam consideramus in primo statu, mox considerandum sub aliis statutibus in sequentibus.

131. Quod gradus unitatis dimisit in praesenti unitate transcendentali, quia satis in superioribus de ea dictum est, tum quia ad hanc disputationem non pertinet, ubi tantum est sermo de gradibus praedicationibus, ac eorum unitate, triplicem assignant unitatem Arist. 5. Metaph. cap. 6. numericam, specificam, & genericam; ratio hujus assignationis est, quia una res potest ab alia distincta.